



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

I. Adamus,

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

potest accedentes per semetipsum ad Deum.

Ebr. 9. 28. Sic & Christus semel oblatum est ad multorum exhaurienda peccata; secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.

2. Petr. 1. 1. Simon Petrus, servus & Apostolus Jesu Christi, iis qui coequalem nobiscum sortiti sunt fidem, in iustitia Dei nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Et 1. 11. & 2. 20. & 3. 2, 18.

1. Joh. 4. 9, 14. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum ..... Et nos vidimus, & testificamur, quoniam Pater misit Filium suum, Salvatorem mundi.

## CAPUT CLXX.

Varii Jesu typi colliguntur è Veteri Testamento.

I. Adamus, II. Abel, III. Noachus, IV. Melchisedecus, V. Isaacus, VI. Arius ab Abrabamo immolatus, VII. Josephus, VIII. Agnus in festo Paschæ die immolari solitus, IX. Columna ignea, Manna, Rupes in deserto aquas fundens, X. Hircus *δαιμονίου*, XI. Serpens æneus, XII. Moses, XIII. Aaron, XIV. Josue, XV. Samson, XVI. Samuel, XVII. David, XVIII. Salomon, XIX. Jonas, XX. Eliacimus Helicie filius, XXI. Jeremias, XXII. Zorobabel, XXIII. & Jesus Josedecides.

Adamus,

I. **SUBJECIMUS** Lectorum oculis Prophetias omnes Veteris Testamenti illarum exitus continetur. Prophetias omnes dico, nam si quæ fortasse in tanta copia diligentiam effugit nostram, vel brevitatis studio prætermisissæ fuit, vel præ tot aliis clarissimis & apertissimis, quas proferimus, non magni certe momenti censenda est. Si tamen ita loqui fas est, cum prædictio nulla *ωσαυτως* Christi Jesu, pondere ac dignitate careat. Nunc quoniam diximus supra, duplex in sacris Codicibus veteriorum genus extare, alterum per verba, per signa alterum, cum jam priori generi satisfecerimus, aliud nobis superest exequendum, quod brevioris gyro circumscribimus. Primum dat Jesu typum, hominum omnium parens Adamus, vel ipso monstrante Apostolo, qui formam eum esse futuri pronuntiat. Tum deinde hanc inter ipsos comparationem instituit: *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vite. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi; ita & per unius obedientiam, justii constituantur multi.* Tum alibi: *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitia dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Deinde: *Factus est primus homo Adam in animam viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem ..... Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de celo, celestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis celestis, tales & celestes. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem celestis.* Huc adde, utrumque fuisse Filium Dei: nam stemma Christi Jesu pertexens Lucas, Adamum appellat Filium Dei, & à Jesu filio Dei hanc seriem auspiciatus, in Adamo Dei filio desinit. Sexto die creatur Adamus: sexto die mortem subit Christus. Ad imaginem Dei creatus est Adamus: *Jesus est imago Dei invisibilis, & figura substantie ejus, & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius.* De terra virgine factus est Adamus, Jesus de puella virgine. Adamum jussit Deus dominari piscibus maris, & volatilibus cæli, & universis animantibus que moventur super terram: datam sibi omnem potestatem in cælo & in terra prædicat Jesus. Conjugium Adami & Evæ, individuum

Rom. 5. 14, 18, 19.

1. Cor. 15. 20, & seq.

Luc. 3. 38.

Col. 1. 15.  
Ebr. 1. 3.  
Sap. 7. 26.  
Philipp. 2. 6.  
Gen. 1. 28.  
Matth. 28. 18.

præ fratribus à patre diligeretur, fratrum sibi concivit invidiam & odium, quod & Jesu contigit. Josephi somnia, quæ summam illi dignitatem portendebant, in Jesu eventum habuerunt: à fratribus suis adoratus est; nec allegorice tantum, sed revera etiam Sol, & Luna, ac reliquæ stellæ, ad Jesu Dei nutum orbem suum decurrunt. Advenienti Josepho mortem fratres meditantur: *Venite*, inquit, *occidamus eum*: veniente ad homines Jesu, *Morte turpissima*, inquit, *condemnemus eum*. Venditur Josephus à fratribus, viginti, vel ut alii Interpretes habent, triginta nummis, testibus Ambrosio & Augustino: Jesus à Juda triginta quoque nummis venundatur. Cruenta Josephi tunica ad Jacobum perlata, cruentam Jesu mortem significat. Apud Puthpharem eunuchum servitutem servit Josephus: Jesus *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Josephus carcere clausus inter duos reos, alteri mortem, salutem alteri & libertatem vaticinatur, oratque ut dignitati restitutus sui meminerit: Jesus cruci affixus inter duos latrones, altero in extremis interitu digna loquente, æternam alteri felicitatem spondet, cum ab eo rogaretur, ut regnum adeptus sui memor esset. Decoram Josephi & elegantem formam non semel laudat Moyses: sic laudatur & illa Christi in Psalmis: *Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum*. Ad Josephi nutum frumenta populis vendebantur, ait Moyses: Jesus escas populis esurientibus non semel subministravit; ipse se panem vitæ, panem vivum qui de cælo descendit, esse proficitur; qui venerit ad se, non amplius esuriturum; qui panem hunc manducaverit, non moriturum, Josephus fuis exitit causâ salutis, proptereaque eos sic alloquitur: *Pro salute vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum . . . . . præmisitque me Deus, ut reservemini super terram . . . . . Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum*. Nec suos solum, & Ægyptios, sed exterarum quoque gentes fame laborantes sublevavit, & *Salvator mundi* à Pharaone dictus est: quæ in Christo Jesum tam apte cadunt, ut non tam de Josepho, quam de ipso scripta esse videantur. Fratres dimitte Josephus, præceptum hoc dat proficiscentibus: *Ne irascamini in via*: à Discipulis abiturus ad Patrem Jesus, *Pacem*, inquit, *relinquo vobis, pacem meam do vobis*. Pharaon Ægyptios coram Josepho in genua jubet procumbere, totamque Ægyptum ex ipsius arbitrio pendere, & alterum esse à Rege: *Deus exaltavit Jesum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris*. De Josepho sic fatetur moriens Jacob: *Filius accrescens Joseph, filius accrescens*: de Christo Jesu sic Johannes Baptista: *Illum oportet crescere, me autem minui*; cuius & figura est lapis ille Danieli memoratus, *qui factus est mons magnus, & implevit universam terram*.

Gen. 37. 20.  
Sap. 2. 20.  
Ambros. libr. De Patriarch. Joseph. cap. 1. August. Serm. de temp. 81. Philipp. 2. 7.

Psalm. 44. 3.  
Gen. 42. 6.

Gen. 45. 1. 7.

Gen. 45. 45. 57.

Gen. 45. 24.

Joh. 14. 27.

Phil. 2. 9. & seq.

Gen. 49. 22.

Joh. 3. 29.  
Dan. 2. 35.

VIII. Jesum expressit & Paschalis Agnus: *Etenim*, inquit Paulus, *Pascha nostrum immolatus est Christus*. Quæ comparatio cum instituta sit à nobis supra in Parallelismo, & accuratissime à Bocharto in Hierozoico, pauca tantum nonnulla commemorabimus. Quo anni, mensis, & diei tempore Paschalis Agnus, hoc ipso immolatus est Christus Jesus. Nam cum alio die Christus, alio Judæorum primores Pascha celebraverint, *concordia* factum est, ut incidit veri Agni Christi mors in eum ipsum diem, quo Agni typici sacrificium fieri Moyses sanxerat. Notant Steuchus Eugubinus & Masius persuasum esse Judæis, hoc ipso die se à Messia iri redemptum, quo in Ægypto per Agni esum in Phasæ Domini libertatem adepti sunt. Convenit quoque locus, Hierosolyma, ubi postquam Arca constituta est, paschale sacrificium illic fieri necesse fuit. Agnum mactari oportuit *sine macula*: Jesum agnum *ἀμωμον ἡ ἀπίδον* appellat Petrus in prima Epistola. Paschalem Agnum comedere festinanter, pedibus calceatis, baculos manibus tenentes, & ad iter expediti jubentur Israëlita: Christus Jesus intra paucas horas captus, damnatus, & morti datus est. Agni & Christi Jesu mors cruenta, utraque in gratiam populi. Sanguis Agni domorum foribus aspersus Ebræis saluti fuit, perinde ut Jesu sanguis universis hominibus, quicumque eo abluuntur. Unde Isaïas de Christo: *Isse asperget gentes multas*. Ne Agni ossa confringerentur Lege cautum erat: de Jesu sic Johannes: *Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura . . . . . Facta sunt enim hæc ut scriptura imple-retur, Os non comminetis ex eo*. Agni reliquias ulla in crastinum servari nefas erat: Christus de cruce depositus est, & in monumentum conditus ipso interitu sui die. Fermenti usus Paschalibus festis vetitus fuit; & ab Agni esu polluti & incircumcisi arcebantur: ad sacrum corporis Christi epulum accedere debemus, juxta Pauli præceptum, *non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis*. Post Agni paschalis esum Ægyptiaca statim servitute exempti sunt Israëlita: per corporis Christi esum, vitiorum, Dæmonum, ac mortis tyrannide

Agnus in festo Pasche die immolari solitus, 1. Cor. 5. 7. Boch. Hieroz. Part. 1. libr. 2. cap. 10. Steuch. in Exod. 12. 6. Mas. in Jos. 5. 10.

1. Petr. 1. 19.

Is. 52. 10.

Joh. 19. 31. & seq.

1. Cor. 5. 8.

tem. oblati. s. f. e. n. s. e. in. & Ap. m. nobis. i. m. n. i. & 2. 20. dicitur. n. i. g. e. n. t. i. u. m. p. e. r. f. i. c. a. t. u. r. S. a. l. v. a. t. u. r. I. f. u. c. e. A. g. n. i. M. a. r. t. i. S. a. n. c. t. u. s. H. i. l. J. e. s. u. s. J. e. s. u. s. e. s. t. a. m. a. q. u. i. m. t. a. n. t. a. c. o. r. d. e. t. u. r. a. l. i. i. s. d. i. c. t. a. e. s. t. c. o. d. e. r. e. a. c. u. s. v. a. c. i. o. r. i. g. e. n. t. i. u. m. i. n. t. e. n. d. e. p. s. o. m. o. n. d. a. n. c. i. n. t. e. s. i. n. a. n. i. m. a. S. i. n. t. m. a. i. u. s. d. e. a. m. o. r. t. u. i. s. r. e. s. u. r. r. e. c. t. i. f. i. c. a. b. u. n. t. u. r. i. n. i. f. i. n. i. t. e. l. e. n. t. i. g. i. t. u. r. J. e. s. u. s. i. q. u. e. f. i. d. e. a. t. F. i. d. e. m. n. i. t. S. e. n. t. i. c. r. e. a. t. u. r. c. u. l. u. m. s. i. n. e. A. d. a. m. e. n. t. e. v. o. l. u. n. t. a. t. i. b. u. s. p. o. t. e. s. t. a. t. d. i. v. i. d. u. m.